



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,  
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

**Regnault, Valère**

**Mogvntiæ, 1617**

Cap. 15. De peccato, quod committitur violatione ieunij Ecclesiastici,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78322](#)

illud impiere anno die. Sicut si aliqui esset concessus vñus fructus agri pro uno anno, si eo beneficio non esset vñus primo anno, posset eo uti sequeati anno.

## CAPUT DECIMVM QUINTVM.

De peccato quod committitur violatione ieiunij Ecclesiastici

## S V M M A R I V M.

189 Violatio ieiunij Ecclesiastici excusat à mortali per defectum de liberationis & materia paruitatem.

190 Violatio ieiunij Ecclesiastici peccatum est mortale, non modo ex contemptu, vel cum scandalo contingens, sed etiam ex suo genere.

191 Violatio ieiunij Ecclesiastici per eam ciborum prohibitorum aut per secundam refractionem, aut etiam ex probabilitate sententia, per anticipationem notabilium horum determinatae, peccatum est mortale.

192 Ratio quis sufficenter in confessione declaretur violatio ieiunij Ecclesiastici.

**S**upponimus committi peccatum violatione ieiunij Ecclesiastici, quonia m ea est doctrina Catholicorum, quam aduersus haereticos nostri temporis bene propugnatam, qui volet videre potest apud Bellarm. in tomo tertio. Controversiarum lib. 2. de bonis operibus cap. 7. 8. & 9. & apud Gregor. à Valen. secunda secundum disput. 9. quest. 2. puncto 2. in primo & secundo controverso. Legi etiam potest Azor. in prima parte Moral. instit. lib. 7. cap. 20. quest. 1. 2. & 3. Quale verò peccatum sit, mortale ne an veniale tractamus tanquam in statu nostri proprium.

Si igitur prima propositio. Ex accidenti, id est ob defec-  
tum iudicij plenè deliberat, vel ob materię paruitatem  
violatio ieiunij Ecclesiastici excusat à mortali. Probatatur, quia  
nulla potest redi ratio, cur duo illa, ob imperfectionē actus  
non excusat à mortali transgressorum præcepti de ieiunio,  
perinde ac aliorum præceptorum transgressores.

Secunda propositio. Non seruare ieiunio Ecclesiasticum  
ex contemptu præcepti Ecclesie, semper est peccatum mortale.  
Ratio est quia talis contemptus (iuxta illud Iuc. 10. Qui  
vos spernit me spernit : qui autem me spernit, spernit eum  
qui me misit) includit Dei contemptum ac notabilem irreuerentiam. Vnde charitatem qua ei grati sumus destrui satis  
indicatur per illud primi Regum 2. Qui contemnunt me erunt  
ignobiles. ] Iam destruictum esse charitatis animam vivificantis,  
proprium est peccati mortalis, quod inde accipit ipsum mortalis nomen.

Tertia Propositio est. Transgressio præcepti Ecclesiastici  
de ieiunio, semper est peccatum mortale, quando coniunctum  
etiam haberaliorum scandalum. Ratio est, quod & tunc ea  
sit contra charitatem, cum notabili iniuria proximi, iuxta illud ad Rom. 14. Si propter cibum frater tuus contristatur, iam non secundum charitatem ambulas : noli cibo tuo illum  
perdere, pro quo Christus mortuus est. Id quod potest fre-  
quentar hoc tempore contingere, quia est qui transgreditur  
ieiunium, sepe videri potest vel haereticus esse, vel parui facere  
authoritatem Ecclesie, vel ad idem alias suo exemplo  
inducere.

Quarta propositio est. Quantumcumque sine scandalo  
& contemptu expresso contingat prædicta transgressio, so-  
lumque omittat quis ieiunium, quod nolit illud feruare eum  
possit, peccatum est ex suo genere mortale. Hanc communem  
Theologorum, Canonistarum, ac Summulariorum calculo  
approbari nota Azor. in it. lib. 7. cap. 8. quest. 3. Eamque ex-  
stitutio confirmant Medina in Cod. de ieiunio quest. 7. & Couar.  
lib. 4. varia. resolut. cap. 20. num. 10. & plenius Bellarm. & Gte-  
gorius à Valen. locis ante citatis.

Satis nobis est communis sensus virorum Catholicorum  
abhorrentium à ieiunij violatione tanquam lethaliter fau-  
ciantem animam. Et certè nemo verus Catholicus negabit Ecclesiam portuisse ieiunium sub mortali præcipere nomine  
Christi, qui dixit Luc. 10. Qui vos audiret me audit. Quod au-  
tem Ecclesia voluerit illud caliter, sub mortali inquit, præci-  
pere, patet ex gravi pena, cui ieiunij Quadragesimalis &  
quorundam aliorum violatores, subiici vult in Can. 68. A-  
postolorum : nempe ut si sint Clerici deponantur : si laici,  
excommunicentur. Et in Concilio Gangren. Can. 19. refer-

turque in cap. Si quis eorum dist. 30. cum anathema dicatur ei qui  
ablaque necessitate corpora, tradita in commune feitung, &  
ab Ecclesia custodita, superbiendo dissoluit. Nemine manu-  
tem dignum esse excommunicatione, nisi ob mortale pec-  
catum, constat ex cap. Nemo Episcoporum II. qu. 3.

Quinta propositio. Quamvis quis cetera seruet, silem-  
nium eius carnis violer peccat mortaliter. Hæc pariter quo-  
que ex communis virorum Catholicorum sensu: quisquis enim  
talis est experitur in se quod D. Chrysost. dicit. Homil. 16.  
ad populum Antiochenum; quod et si milles exhortetur, & infi-  
nitæ cruent, & cogant aliquid lege ieiunij non concepsum  
gustare, omnia tam en pati malit, quam prohibitum tangere  
nutrimentum. Accedit quod in Concil. 8. Tolentino cap. 9.  
non tantum excommunicatione, sed etiam præcipiatur ut à  
carnibus integrō anno abstineant, qui illarum cibum presum-  
ptive intantentia in Quædragesima, fine in eius abili necessaria  
& euidenti languore, aut ætatis impossibilitate.

Sexta propositio. Idem pariter dicendum est de eo quie-  
jiunium violat vñs ouorum & lactiniorum in Quadragesima:  
nisi consuetudo contraria aut dispensatio excusat. Habet  
hanc Caiet. & Sylvestr. ille 2. 2. quest. 147. art. 8. & hic in vero  
ieiunium num. 17. confirmaturque similiter ex communione  
vñrum Catholicorum sensu.

Septima propositio. Non est quidem dubium, quin vi-  
olatio ieiunij per secundam refectionem, peccatum sit mor-  
tale: dubitatur ratiōne, an sit quoque per anticipationem hor-  
æ ad comedendum præscripte. Prior pars etiam constat ex  
communi Catholicorum sensu. De posteriori autem latet  
constare potest ex dispensatione Authorum, Nam multi, quoniam  
meminist Azor. in seq. ca. 11. questione 4. putant anteriu-  
re horam consuetudinem ieiunij etiam sine iusta causa, non esse  
peccatum plus quam veniale, nisi per contemptum id fiat. Al-  
li verò in maiore numero quorum idem simili meminist,  
existimant mortaliter peccare eum qui sine causa legitima  
debitam horam ieiunij notabiliter præuenit. Quia senten-  
tiatarum varietas ex eo orta videtur, quod vna ex parte obser-  
vatio horæ debitæ sit conditio ieiunij si per eam ad ipsius substi-  
stantiam: ideoque violatione illius, sicut & diuari reliqua  
runt, censetur simpliciter violatum ieiunium, atque adeo  
cum peccato mortali. Exaltera verò parre ratiōne, cū  
non sit perinde principialis ac cetera, sed solum consequens  
& adiuncta ad conditionem vñcē refectionis tanquam modus  
quidam illius, quo non ante certam horam in die ieiunij  
sumenda est: videri potest quod peccatum illius violatione  
commisum, minus sit quam quod comittitur violatione  
duarum aliatarum conditionum. Ceterum etiā hoc verum est,  
ea tamen, vt sic dicam, minoritas, non appetit tantum ut cense-  
ri possit minuere peccatum in infinitum: ideoque posterior  
tentia videatur non tantum ut tutior, sed etiam ut proba-  
bilior tenenda: & quia plures ac nobiliores habent autores,  
vt videatur apud Azorium: & quia melius fundamentum  
habet: Tum rationis, ut patet ex iam dictis: Tum consuetu-  
dinis, quia boni Catholici ad eam quoque conditionem se  
ita adstringunt, vt si illam violauerint nolint tale pecca-  
tu retinere in confessione, quasi leue. Tum demum iuris,  
quia iuxta cap. Solent De confecr. distinct. 1. qui horam præ-  
uenientur, nullatenus ieiunare credendi sunt. Nec est quod  
quis dicat eum Canonem abrogatum esse, cum iam anticipa-  
tur hora tercia postmeridiana de qua loquitur. Nam etiā in  
ea anticipatione dispensatum sit à more & in instituto veteris Ec-  
clesie, non tamen in eo, quod certa hora seruerit, quam nō  
liceat in die ieiunij comedendo præsenire. Non negaverim  
amen facilius excusationem à peccato locum habere in ea  
conditione, quam in reliquis; que per se & independenter  
pertinet ad ieiunij substantiam. Sic enim Nauarr. in En-  
chir. cap. 21. num. 27. ver. 6. 7. alios citans, excusat à tali peccato  
eum qui præuenit, eo quod non vacabit ei comedere hora  
confusat, vel quia debet iter arripere, vel ob hospites quos  
duscepit.

Octava propositio. Qui bona fide credit se iustam causam  
habere ad non ieiunandum, etiam si reuera non habeat, non  
peccat saltem mortaliter, non ieiunando. Ratio est, quia vbi  
adest bona fides, absit peruerfa voluntas, sine qua peccatum  
non est mortale. Hanc ex Pat. D. Anton. Syl. & Caietano  
tradens Nauarr. in preced. num. 20. addit. Confessarium ei qui  
dubitatur

dubitatur; an sine notabili sua sanitaris danno ieiunare possit; confusore debere, ut experientur; sique cognoverit leicumum fibi notabiliter nocuum esse; iuste poterit a ieiunio cessare: fin adhuc dubitauerit debebit ad Superiorum pro dispensatione confugere, sine qua in dubio, nec illi quos etas incurvat, aut languor extenuat, aut necessitas arcat, presumere debent prohibita violare. prout habetur ex 8. Concilio Tolet. cap. 9. in fine.

Nona propositio. Frangens ieiunium anticipando horum debitam, prima tantum anticipatione peccat contra preceptum de ieiunio Ecclesiastico: comedendo autem cibos vestitos, totes peccat quoties comedit. Hec pater per dicta precedentia capite in explicatione sexti dubii.

192. Decima propositio. Ad declarandum sufficienter in confessione peccatum quod ieiunij Ecclesiastici violatione committitur, dicendum est quomodo violatum sit: nempe, vel quod sola anticipatione hora, vel quod sola pluralitate refractionum, vel quod utraque simul, vel quod adhuc cibi vetiti visu; de hoc addendo quoties contigerit. Ratio est, quia Confessarius debet intelligere non tantum peccatorum speciem, sed etiam numerum & gravitatem infiniti mortaliter auferam: quod non fit in confessione facta de violatione ieiunij, nisi fiat eo, quo proponimus modo: cum ratio multiplicationis & aggravationis peccati in tali violatione, pendeat, ex varietate dictarum conditionum spectantium ad substantiam ieiunij. Additum ratione declarandum est, num ieiunium eo die quo violatum est, iniungatur duplo precepto: ut sit cum de precepto ieiunandum est in vigilia S. Matthiae, & ea incidit in aliquem diem Quadragesimam. Nam tunc vel duplex peccatum committitur, prout Nauarriam esse proponit Azor. in eodem libro septimo capite 20. quest. 7. vel si unum tantum committitur, ut Azor. ipse probabilitate existimat, ipsum est duplo grauus, quam si non esset talis praceptorum concursus. Nam pluribus causis obligatus ieiunare, tunc ieiunans plus peccat: ut per se notum esse negere probatione ait Major in 4. distin. 15. quest. 3. Eadem etiam de causa declarandum est, quod diebus sine iusta causa quis vel violauerit, vel violare voluerit ieiunium in Quadragesima: quia etiam si non nullus assentiri eidem Azorio in sequenti quest. 8. dicenti tot numero committi peccata, quot fuerint illi dies, fatendum tamen est singulis diebus tale peccatum mortaliter aggrauatum esse: praesertim cum, preceptum de Quadragesimali ieiunio, ut Gabriel in 4. distin. 16. quest. 3. art. 3. dub. 5. in fine, bene notat, feratur & super totam Quadragesimam, & super singulos dies illius: id est ieiunum cuiuslibet diei Quadragesimae sit in precepto: siquidem aliquis qui in diem Cinerum violasset ieiunium, quia non posset integrum Quadragesimam ieiunare, nihil deinceps peccaret non ieiunando in ea: vt pote impossibilitate ipsum excusat.

## CAPUT DECIMVM SEXTVM De modo quo peccatur participando in ieiunij violatione.

### S U M M A R I U M .

193. Quis talis modus sit, & quotuplex esse possit.

194. Non peccat famulus vel ancilla parans, aut ministrans cibos domino quem sit frangere ieiunium.

195. Quando & quomodo peccat qui alium in die ieiuni ad cenam invitatur.

196. Peccat mortaliter, tum patres familias suis familiaribus, tum hospites ad se diuertentibus aperte ut vocant mensam, cenanam presentes in die ieiuni.

197. Rationes in contrarium cum solutione.

198. Procedit ea doctrina etiam si priuatum ac serero ita quid sit.

199. Quid prædicti licet posse, quando familiares aut hospites valde molesti sunt cenanam negantibus.

200. Idem incertus, an cenanam petentes instram causam habeant cœnandi, non peccare mortaliter eam dando.

201. Peccat mortaliter qui sine iusta causa compellit famulos aut operarios ad violationem ieiunij.

202. Quando & quomodo peccant aut non peccant, qui in diebus ieiuniorum venales exponunt cibos vetitos.

Commune est omni peccato mortali, ut illud incurra: non tantum is à quo perpetratur, sed etiam is qui perpetranti consentit: cum dicat Apostolus ad Rom. 1. Digni sunt morte non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus.]

Modus igitur quo peccatur participando in violatione ieiunij consistit in eo qd pte beatur eidem violationi consensus: qui quadruplex esse potest ex Glossa ad cap. 1. Deoffic. Delagat. verbo Paripanam: vnuus negligenter, alter consilij, tertius co-operationis, & quartus authoritatis seu defensionis. Atque iuxta eamdem glossam in casu negligenter, nisi forte negligentia fuerit nimis crassa, consentiens minus peccat quam perpetrans: & in casu Concilij minus punitur consentiens, scilicet tanquam minus etiam peccans, quam perpetrans peccatum. In casu autem co-operationis, æqualiter peccant consentiens & perpetrans peccatum. In casu denique authoritatis seu defensionis magis peccat, magisque punitus est consentiens quam perpetrans peccatum: quia omnia ex iure canonico eadem glossa habet confirmationem.

Ad quos quatuor modos reuocantur nouem illi qui communiter traduntur peccandi peccato alieno: de quibus Nauarrus in Enchir. cap. II. num. 13. & nos alias commodius. Ceterum cum constet peccatum mortale committi à nobis, si nostro consensu, causa sui, cur alter qui ieiunare statuerat mutet voluntatem, nec ieiunum cum tenetur: illud quod potest de re propria difficultatem habere est. An mortaliter peccemus cum quis am apud se statuit transgreedi preceptum ieiunij: & quamvis talis transgressio nobis displicat, ei tamen cooperamus propter aliquod nostrum commodium. Ad quam difficultatem exhaustam aliquot particularia dubia occurruunt, quibus satis faciendum est.

Primum dubium, An peccat famulus vel ancilla mensam vel cibos parans, aut cibos ipsos ministrans domino, quem ieiuniū solvere nouit.

PRO cuius parte affirmante facit, quod in hoc famulus vel ancilla videatur domino ieiunium violanti cooperari: quod est peccatum. Pro negante vero, quod domino pertinenti solitum obsequium, si res sit de se non mala, famulus ille ei praestans tanquam iure debitum, congruerat rationi agat. Dictat enim ratio Domino non esse quidem obtemperandum, si rem de se malam peccat, quia non potest bene fieri: esse tamen, si peccat rem de le indifferentem, & ei debitam: quia licet peccat affectu depravatus, a famulo tamen executioni mandari potest, nullatenus consentiendo tali depravationi, & per consequēs sine peccato. Hec pars probabilior videtur & tenenda sicut cum Caier. tenet Azor. in primā par.

Moral. instit. lib. 7. cap. 20. quest. 11. Nam ad contrariam rationē facile est respondere: famulum vel ancillam in eo casu non cooperari peccato domini: cum non suppediter ei materiam peccandi, vt pote apponens tantum quæ illius sunt, non autem sua de quibus posset disponere. Neque obsequatur illius voluntati, prout peruersa est, sed prout exigit ministerium, quod ex officio debent ei præstare. Quod si ministerio, alioquin licito, idem dominus abutatur ad peccatum, nullatenus imputari debet famulo vel ancilla: sicut nec si puella pro necessitatibus domesticis, aut alia iusta de causa, domo egrediatur sciens aliquem occursum, qui in concupiscentiam ipsius exardecet; censenda est cooperari illius peccato, quia non facit id, ut seruat illius depravata voluntati: sed ut exequatur quod ei sui muneris: quam à peccato excusat nota Nauarrus in Enchir. cap. 14. num. 30. Secus iudicantis de ea quæ sine rationabilis causa se indifferentur offerret aspiciendam, solūmodo ut satisfaceret sua voluntati diuagandi per vicos & plateas, aut manendi in ostio, vel fenestris domus, ut sua pulchritudo laudetur, vel ob aliam vanitatem, quantumcumq; nullam habeat voluntatem inducendi quempiam in sui concupiscentiam:

Secundum dubium, An mortaliter peccet, qui in die ieiuniū ad cenanam invitatur cum quem non est cenanatur.

AD hoc, quod trahant Major, Caieranus & Nauarr. citati ab Azorio in sequenti quest. 12. respondeatur aliquot propositionib. Prima est, mortaliter peccare eum quis sic inuitat, si quidem inuitatus cœnet, ieiuniū alioqui seruatrus. Ratio est, quia verè causa est alteri mortaliter peccandi, quod est peccatum mortale: dato qd ipse inuitas, certò nouerit aut proba-